100. Brassica Robertiana GAY. siliquis patentissimis rectis, non aut vix torulosis, rostro subulato, aspermo. — Petala flava. Hab. in summo monticulo Coudom prope Telonem Martium. M. ROBERT. Differt a B. oleracea inventa ad Baus-Rous: 1.) pedicellis multo magis patentibus stricte sub anthesi divergentibus. 2.) petalis flavis nec albidis. 3.) siliquis longioribus, crassioribus, multo minus torulosis, nervis minus prominentibus, rectis non magis v. minus flexuosis, rostro subulato non cylindrico, vacuo, nec 1 — 2 spermo. Collocavit quidem cl. DEC. B. oleraceam caput sectionis, quae siliquis erostratis aut rostro conico aspermo praeditis distinguitur, quare planta Coudomensis potuis, nec illa ad Baus-Rous lecta huic speciei pertineret. Verumtamen et in hac re invenies errorem, quum B. oleracea hortorum semper offerat rostrum 2— vel rarius 1—spermum, torulosum sicut ipsa siliqua. Definias igitur hanc ita: B. oleracea: siliquis erecto-patentibus subflexuosis, torulosis, rostro cylindraceo, 2— 1 spermo. Petala albida s. pallide flava. — Hab. in rupe Baus-Rous, inter Villam francam et Monachium.

101. Farsetia clypeata indicatur a GOUANO à Maquelone pr. Montpellier, circa Nicaeam ab ALLIONIO, serius in utroque loco non reperta. Verumtamen plantam gallicam esse

testantur specimina a cl. Gay. inventa d. 19. Jul. 1825. pr. Saint-Amand, depart. du Cher, in colle coronato arce Montrond. Ibi copiosa est.

Festuca myuros L. (Note sur le — — et sur quelques espèces voisines; par M. Soyez-Willemet. Anal. d. sc. nat. VII. 1826. p. 440.) Egregie sunt ab auctore 5 species affines ita expositae:

α. floribus monandris, calycib. muticis, pedicellis non incrassatis, plerisque multifloris: Vulpia Gm.

102. (1.) F. myuros L. panicula racemosa secunda; spiculis sub 5 floris; calycis valva majore acuta (1½ lin. longa) altera brevissima (¼ lin.) setacea; valvis corollinis longe ciliatis aristatisque. ic. Scheuchz. t. 6. f. 12. mediocr. — Scheuchz. p. 294. F. myurus L. sp. pl. I. p. 109. — F. ciliata P. Ench. DeC. fl. fr. R. et Schult. syst. veg. Spreng. syst. veg. — Vulpia pilosa Gmel. Fl. bad.?

103. (2.) F. pseudo-myuros Willemet. panicula longe racemosa subsecunda nutante, vagina summi folii basi subinvoluta; spiculis sub 5 floris; calycis valva majore acuta (1½ lin.) altera breviori (1 lin.) setacea; valvis corollinis subscabris longe aristatis. ic. Scheuchz. t. 6. f. 11. Leers t. 3. f. 5. — Scheuchz. p. 293. F. myuros Pollich. Lam. F. myuros Leers, Smith Fl. brit! Willd. Pers. DeC. fl. fr. Schrad. germ. Merat. par. Röm. Schult. omn. excl. Linn. et Scheuchz. — Vulpia myurus Gmel. bad. Festuc. bromoides var. Spr.

104. (3.) F. sciuroides Roth. panicula racemosa secunda a vagina summi folii longe remota; spiculis sub 5 floris; calycis valva majore acuta (3 lin. longa), altera breviori (1½ lin.) setacea; valvis corollinis subscabris longe aristatis. ic. Scheuchz. t. 6. f. 10. — Scheuchz. p. 290. et 291. F. bromoides Sm. brit. excl. Linn. Lam. fl. fr. et dict. (fig. ill. 46. f. 4. nec haec nec vera F. bromoides.) DeC. fr. Schrad. germ. Merat par. Röm. et Schult. — F. sciuroides Willd. sp. pl. Vulpia sciuroid. Gm. bad. F. bromoides Spr. syst. veg.

β. florib. triandris, valva calycina majore, aristata, pedicellis incrassatis, plerisque unifloris.

105. (4.) F. bromoides L. panicula subspicata laxa secunda; spiculis sub 5 floris; calycis valva majore aristata (5—6 lin. longa), altera brevissima (1 lin.) membranacea; valvis corollinis glabris longe aristatis. ic. Scheuchz. t. 6. f. 14. Pluk. alm. t. 33. f. 10. (mediocr.) — Scheuchz. p. 297. — F. bromoides Linn. sp. pl. Willd. Pers? Gmel. bad. (excl. Lam. dict.) — F. uniglumis Merat.

106. (5.) F. uniglumis Soland. H. Kew. panicula subspicata densa secunda; spiculis sub 6 floris; calycis valva majore aristata (6—7 lin. longa), altera subnulla, valvis corollinis glabris longe aristatis. — Scheuchz p. 298. — F. uniglumis. Smith. brit. Willd. Pers. DeC. fr. Röm. Schult. Spreng. — An prioris varietas? —

107. Note sur le Coronilla vaginalis; par M. Sendel. Annal. d. sc. nat. VII. 1826. p. 455.

Coronilla minima DeC. prodr. II. p. 309. non tantum differt a specie Linneana, sed etiam ab illa quam ipse pro hac in Flora gallica proposuit. Synonyma et icones citatae ad binas species distinctas pertinent, J. Bauhini scilicet, Jacquini et Fl. franc. ad C. minimam Linnei, alterum ad C. vaginalem Lam. Diagnosis autem huic tantum, licet imperfecte applicanda. C. minima vera propterea plane ommissa est in DeC. prodromo. Illa C. vaginalis ibi falso pro C. minima sumta, eadem est cum C. montana herbarii et Florae cl. Lois. Des Longchamps, satis distincta ab illa C. montana quam DeC. in prodromo recepit. —

Quod reliquum est C. vaginalem, minimam, coronatam atque montanam jam ante tres et quod excurrit annos expositas praebuimus in opere nostro, iconibus novis illustratas, cf. fig. 65 — 68. Hae, quum sincere referant naturam, Candolleanae confusioni potuissent obviam ire. —

108. Lotus minor BISHOP. Auctor hanc plantam invenit in prov. Angl. Perthshire, prope Perth et iterum 30 mill. angl. versus occid. Eodem modo putat hanc speciem a L. corniculato vere distinctam ac L. majorem; L minor per Septembrem floret, et ipso mense finito flores pullulat qui tamen non explicantur. L. corniculati florescentia terminatur prima Septembris hebdomade. Semina L. corniculati brunnea sunt, obscure maculata, L. minoris brunnea immaculata, L. majoris viridi-albentia, immaculata. Pili quibus in L. majori et corniculato calyx stipatur, desunt L. minori. In uligine nudo caules L. corniculati, dimidia sua longitudine vel ultra immersi sunt, hic et ibi radicantes, serpentes igitur, ad radicem usque principalem, perpendicularem distinguendi, L. minoris caules remanent supra terram. Robustiores caules L. majoris magis eriguntur, radix repens est, alba, nodis rubris. Vexillum L. minoris rotundius ac ullius illarum specierum, illud L. majoris ellipticum potius; calyx L. minoris basin versus magis acuminatus ac in reliquis. Sapor differt ita, ut inprimis radix L. corniculati sit dulcis, L. majoris multum adstringens, L. minoris viscosa, adstringens. Hanc speciem L. tenuissimo subsumsisse videtur in Fl. anglica J. E. SMITH. — Ex angl. Edinb. philos. Journ. 1826. n. XXVII. p. 180. — Addo quod L. corniculatum in Engl. Bot. 2090. caule solido, ungue vexilli ovato, filamentis infra antheram omnibus dilatatis, L. majorem ibid. 2091. caule fistuloso, ungue vexilli lineari, filamentis brevioribus non dilatatis, distinguet ill. J. E. SMITH. RCHB.

109. Larbrea aquatica fuit proposita a cl. ST. HILAIRE in egregia sua dissertatione „de placenta libera“ Mém. Mus. II. p. 261. Sic appellavit Stellariam iam diu cognitam, propter calycem basi urceolatum, stamina perigyna, ceterum Stellariis affinem. Character ab auctore datus, hic est:

Larbrea: calyx 5 fidus, basi urceolatus. Petala 5 bipartita perigyna. Stamina 10 perigyna. Ovarium uniloculare polyspermum. Ovula axi centrali affixa. Capsula apice sexvalvis.

Species: L. aquatica A. ST. HIL. (Stellaria aquatica LAM. St. Alsine. WILLD. St. uliginosa. VILL.)

Jam autem singulari hallucinatione Mr. SERINGE in prodromo Decandolleano I. p. 395. plantam diversissimam, cui minime competunt praescripti characteres, nempe Cerastium aquaticum L. nomine Larbreae aquaticae introduxit, veram Larbream p. 398. pro Stellaria aquatica POLLICHII enumerando. — Conf. GAY. Annal. d. sc. nat. p. AUDOUIN etc. III. 1824. p. 33.

110. Cherleria: cal. 5. part. basi urceolatus. Petala 5, minima, summo calycis brevi urceolo inserta, apice nunc indivisa, nunc oblique emarginata. Filam 10. pariter perigyna. Glandulae 10. filamentis alternae teretiusculae. Styli 3 Caps. unilocularis, trivalvis! seminibus 5 — 6. axi centrali demum liberae affixis. — Flor. polygami, femineorum filam. calyce triplo breviora, anth. cassae; masc. filam. calycem subaequantia, anth. perfectae.

Ch. sedoides sola. — GAY. annal. sc. nat. III. Septb. 1818. p. 34.

111. Arenaria aretioides. PORTENSCHLAG. ined. ante ann. 1821, (teste Sieb.) parvula, cespitosa; fol. dense imbricatis, spatulatis, acutiusculis, convexis, trinervibus, glaberrimis, florib. in ramor. apice solitariis, subsessil.; sepalis 4! erectis, ovatis, obtusis, trinervibus, marg. membranaceis, petalis 4 staminibusque 8 hypogynis; caps. inclusa, trivalvi. GAY. — Siebera cherlerioides Hpp. b. Z. II. p. 24. (1819.) — Someraueraquadrifida Hpp. l. c. p. 46. — Arenaria aretioides PORTENSCHL. ined. ante ann. 1821. (Sieb.) — Cherleria octandra Sieb. herb. Austr. n. 149. (1821.) — imbricata Seringe in DEC. prodr. I. p. 421.

Petala mihi 4, lineari-lanceolata, indivisa, acuta, calyce triplo breviora, aliis vel cuneiformia obtusa acutiusculave, calyce paula longiora, vel lanceolata, acuta, calyce pariter paulo longiora, vel lanceolata, acuta, calyce paulo breviora, vel minima, squa-

mulaeformia, calyce quadruplo aut quintuplo breviora. Anth. demum axsertae. Gland. hypogynae nullae. Styli mihi 2, aliis 2 — 5. — Variat sepalis 5; petalis 5. emarginatis et staminibus 10. — cf. Koch. fl. b. Z. 1822. p. 753 — 759. —

Hab. in summis Carinth. et Tyrol. alpib. Exam. specim. e Tyrol. alp. Kirschb. misit Hoppe. E nomine Sieberi, Sibiriam fecit Mr. Seringe. — Esset Möhringia nisi variet aliquando sep. et pet. 5 ita ut character e numero spernendus. Gay. annal. sc. nat. 1824. Septb. p. 35.

112. Bupleurum aristatum Bartl. (in opere nostro fig. 311.) iam nunc ab ipso cl. auctore egregie descripta atque confirmata species. (Bartling u. Wendland Beiträge. II. p. 89.) Hunc igitur legant, atque cum accurata nostra expositione conferant, quos forte cl. Mertens et Koch in dubium reduxerint. Hi laudabili suo, sed hinc inde nimio constringendi fervore ducti, triplicem, ubi de hac planta, tam multis notis distincta obiter ab iis iniecta legitur mentio (Deutschl. Flora II. p. 428.), errorem commiserunt dum vel 1.) falsum B. cuspidati nomen inseruerunt; 2.) mihi plantam adscribendo, verum auctorem praeterviderunt. 3.) Formae et verborum Linnei reliquorumque auctorum plane nullam habuerunt rationem, veram imo e diligenti mea disquisitione redundantem differentiam omnino taceendo.

Joann. Gussonii index seminum anni 1825. quae in horto regio in Boccadifalco pro mutua communicatione exhibentur. (Extrahuntur adnotationes inprimis ad Floram Siculam spectantes.)

113. Agrostis nitens. Guss. Habitus Milii scabri Pr. sed characteres generici Agrostidis. Corollinis glumis undique villosis, setisque glumae majoris elongatis ab aliis diversa.

114. Allium arvense Guss. Habitus et summa affinitas cum A. sphaerocephalo, sed flores albidi; capitula ovato-subrotunda, laxiora; stamina petalis subaequalia.

115. Allium pusillum Cyr. (non Willd.) — A. maritimum Raf. A. obtusiflorum Red.

116. Astragalus siculus Rafin. — A. echinus Guss. non DeC. a qua specie differt dentibus calycinis linearibus elongatis, longe lanatis.

117. Avena puberula Guss. Panicula spiciformis, coarctata, lineari-lanceolata; arista dorsalis, setiformis, recta, glumis brevior, Annua.

118. Brassica macrocarpa Guss. habitus et folia B. balearicae, sed siliqua crassissima diametro digiti minoris a reliquis distincta.

119. Bupleurum Fontanesii Guss. Affine B. Odontiti, cum quo semper confusum; at floribus longe et inaequaliter pedunculatis, involucris membranaceis, magisque reticulatis ab illo diversum. (Forte etiam a nostro quoque B. aristato Bartl. (Fig. 311. spicileg. 112.) diversum.)

120. Calendula maritima Guss. (incanae, pro qua habui, et C. marginatae W. En proxima; sed foliis integerrimis et viscositate omnium partium, quae cultura perstat, ab utraque distincta.

121. Carduus moschatus Guss. Foliis supra arachnoideis subtus albo-tomentosis, integris pinnatifidisque; lacinia extima caeteris longiore, et odore totius plantae moschato a C. molli diversus. In Japygia.

122. Crepis glandulosa Guss. Habitus et odor C. foetidae; sed caule erecto striato basi simplicissimo, foliis minus pinnatifidis, et pilis glanduliferis calycem et ramorum apicem obtegentibus, distincta.

123. Dianthus ciliatus Guss. D. Hornemanni DeC. affinis; sed distinguitur petalis nunquam incisis, foliis enerviis. In Aprutio.

124. D. velutinus Guss. D. prolifero proximus; at caule pubescente velutino, squamis calycinis exterioribus duabus acutis mucronatis, floribus inter squamas pedunculatis, diversus.

125. Echium arenarium. Guss. caule diffuso, foliis obtusis, corolla parva tubulosa, calycibus strigoso-hispidis ab E. diffuso Sibth. et tenui, quibus affine, differt.

126. Fedia sicula Guss. Affinis F. coronatae, a qua differt: coronae dentibus lanceolatis erectis, interne dense villosis.

127. Hedysarum echinatum Guss. Proximnm H. albo W. K. sed radices vix digitales, laciniae calycinae setaceae; legumina cristata, aculeata, lateribus foveolata. In Japygia.

128. Heliotropium Bocconi Guss. An H. suaveolens MB. ob synonymum Bocconi? — at in nostro nec folia calycesque tomentosi, nec calycis laciniae subulatae, nec caulis minus divaricatus, nec semina minora H. europaei.

129. H. europaeum L. huic synonymum est H. parviflorum Guss.

130. Hieracium lucidum Guss. Quoad foliorum figuram et habitum H. crinito Sibth affine; sed folia subcoriacea lucida glaberrima; caules subfarinosi; calyces pilis brevibus glandulosis tecti.

131. Muscari autumnale. Guss. M. botryoidi omnino simile, sed diversum florendi tempore autumnali, foliis omnino linearibus non apice dilatatis, corollis amethystinis.

132. Ononis polymorpha Guss. Affinis O. viscosae; sed odor omnino diversus, pedunculi mutici vel aristati, corollae calycibus aequales.

133. Ornithogalum collinum Guss. omnino simile O. nano; sed folia ad margines ciliata.

134. Panicum zonale Guss. foliis maculatis zonatis, flosculis glabriusculis muticis, et habitu a P. crusgalli ac P. colono diversum.

135. Physospermum angelicaefolium Guss. P. acteaefolio Presl. affine habitu et involucro; sed folia subtus villoso-pubescentia, foliolis non divaricatis, basi subbilobis inciso-dentatis, illis Angelicae sylvestris omnino similibus. Fructus ovati ac obsolete striati ut in illo.

136. Quercus Fontanesii Guss. haec est Q. pseudo-suber Desf. quae a Q. pseudo-subere Santi omnino differt foliis deciduis non permanentibus.

137. Saponaria calabrica Guss. Facies S. ocymoidis; sed abunde diversa, radice annua, et petalorum laminis rotundis basi constrictis. In Calabria.

138. Scandix brachycarpa. Guss. S. australi et falcatae MB. affinis; sed seminum rostro bifariam non undique hirto ab australi; et caule glaberrimo, ramis divaricatis, fructibus a medio ad basin valde incrassatis ab utrisque diversa.

139. Scilla Cupani Guss. est Ornithog. coeruleum Raf. sed genere huc spectat.

140. S. intermedia Guss. Flores S. autumnalis, folia fere S. parviflorae; capsula obcordata.

141. Scorzonera Columnae Guss. differt a S. hirsuta, cui ceterum similis, seminibus glabris, spinulis sursum versis, asperis.

142. S. deliciosa Guss. S. undulatae, purpureae et tuberosae affinis; at radice tuberosa oblongo-cylindracea, caule simplici vel basi tantum romoso, foliis basi farinoso-tomentosis, squamis calycinis imbricatis glaberrimis acutis, ab illis diversa. Corolla purpurea.

143. Secale montanum Guss. differt a S. cereali radice perenni et spica per articulos dissiliente; a S. sylvestri et fragili MB. calycibus brevissime aristatis.

144. Serratula Bocconi Guss. Inter S. humilem et mollem species intermedia. Calycis squamae laxae ut in priore, foliorum vero laciniae obtusae ut in posteriore. Ab utrisque diversa receptaculi paleis setaceis integris. Icon Bocconi Mus. t. 109. hanc exacte refert.

145. Silene Graefferi Guss. differt a S. ciliata cum qua saepius confusa, radice fibrosa minime cespitosa ac lignosa, foliis latioribus.

146. Spartium Gasparrinii Guss. Frutex pulcherrimus ramis gracilibus virgatis, floribusque luteis odoris undique vestitus. Folia inferiora ternata, superiora simplicia, et S. radiato similia, sed in nostro sparsa non opposita, et flores racemosi alterni solitarii.

147. Thlaspi pubescens Guss. T. hirto proximum; sed habitu, pubescentia, siliculis oblongis apice emarginatis, stylo ultra emarginaturam exserto, diversum.

148. Triglochin laxiflorum Guss. Potius T. bulboso qnam aliis speciebus affine; sed ab hoc discriminatur, tempore florendi autumnali, scapis adscendentibus non erectis, foliis supra planis non canaliculatis, floribus distantibus, pedunculis brevibus.

Dominic. Viviani Florae Corsicae specimen. Genuae 1825.

149. Valeriana trinervis Viv. Foliis omnibus simplicibus, ellipticis, in brevem petiolum attenuatis, integerrimis, trinerviis; floribus corymbosis, ecaudatis. H. in Corsica: alla Trinita.

150. Cynosurus gracilis Viv. Culmo erecto; panicula spicata, gracili, secunda; bracteis distichis, lineari aristatis, supremis in calycem uniflorum abeuntibus; gluma exteriore co-

rollae ovata, aristata, interiorem muticam basi amplexante. H. in editissimo Corsicae monte Coscione.

151. Sagina urceolata Viv. Glabra, foliis subulatis, aristatis, in urceolum membranaceum connatis; pedunculis axillaribus, subtrifloris, foliolis calycinis ovatis; floribus apetalis. H. in Corsicae australis montibus.

152. Asphodelus microcarpus Viv. A. minor Clus. Hist. II. 197. A. Scapo ramosissimo; foliis lineari-acutis, carinatis; floribus in longos racemos imbricatis; bracteis pedunculo in fructu clavato, longioribus. H. vulgatissimus in maritimis Corsicae australis, et in regno valentino.

153. Juncus bicephalus Viv. Culmo adscendente folioso; foliis lineari-filiformibus, capitulo terminali, alteroque laterali; foliolis calycinis omnibus lineari-lanceolatis, nervosis, aequalibus, in cylindrum conniventibus. H. Bonifacio in Corsicâ australi.

154. Juncus insulanus Viv. Decumbens; foliis filiformibus culmum foliosum subaequantibs ; panicula umbellata; floribus nonnullis sessilibus; pedunculis unifloris, quadriflorisve; calycis foliolis tribus exterioribus mucronatis, tria interiora inermia, capsulamque superantibus. H. cum praecedente.

155. Juncus macrocephalus Viv. Culmo foliis articulatis folioso; florum capitulis terminalibus densis, pedunculatis, sessilibusque; capsulis acutis calycem superantibus. H. cum praecedente.

156. Juncus attenuatus Viv. Culmo erecto folioso, foliisque filiformibus, sulcatis, striatis; paniculâ terminali, subdecomposita, depauperata; bracteis lanceolato-acuminatis, scariosis, calycis foliolis exterioribus ovato-acutis. H: in parva insula De Cavalli Corsicae adiecta.

157. Silene alsinoides Viv. Procumbens; caule hispido, pilis in calyce praesertim glandulosis; foliis oblongis, hirsutis, basi ciliatis; floribus terminalibus, pedunculatis; petalis bifidis, laciniis obovatis, capsula subrotunda. H. in Monte Coscione.

158. Silene nodulosa Viv. S. pauciflora? Decand. Prodr. 1. 382. S. Caule erecto, simplici, subunifloro, nodoso; foliis radicalibus spathulato lanceolatis, dense breviterque hispidis, caulinis supremis lanceolatis, brevissimis; calycibus glabris, connatis, clavatis; petalis exsertis, nudis, semibifidis; laciniis obovato-oblongis. H. in Corsica prope Bonifacio.

159. Silene xeranthema Viv. Hirsuta; caule adscendente; foliis omnibus lanceolatis, sessilibus; pedunculis axillaribus, oppositis, subunifloris; calycibus elongatis, submembranaceis, albicantibus, glanduloso-hirsutis; petalis semibifidis, exsertis; capsulis elliptico-clavatis. H. cum praecedente.

160. Cerastium tenue Viv. Glaberrimum, erectum; foliis lineari-lanceolatis; pedunculis elongatis; foliolis calycinis trinerviis, margine membranaceis, corollam duplo fere superantibus; capsula oblonga. H. Talano in Corsica, secus vias.

161. Euphorbia semiperfoliata Viv. Caule suffruticoso; foliis obovato-oblongis, integerrimis, subtus villosis; involucris conformibus; umbella subquadrifida bifida; involucellis orbiculato reniformibus, semiperfoliatis; petalis corniculatis; capsulis laevibus. H. in Corsica alla Trinita.

162. Rosa Seraphini Viv. Germinibus oblongis, pedunculisque glabris; caule, petiolisque crebro aculeatis; aculeis recurvis falcatis; foliolis subrotundis, duplicato-serratis, margine, dentibus, subtusque glandulosis. H. in Corsicae monte Coscione.

163. Cistus eriocephalus Viv. Fruticosus, extipulatus; foliis ovatis, acutis, reticulatis, pube stellata scabris, in petiolos longe vaginantes decurrentibus calycibus lanatis. H. in collibus prope Bonifacio.

164. Helleborus argutifolius Viv. Caule folioso, multifloro; foliis ternatis, foliolis lanceolato-ellipticis, exterioribus obliquis, omnibus spinulose dentato-serratis. Helleborus niger trifoliatus Ald. farn. p. 92. cum tab. Moris Hist. III. p. 460. s. 12. tab. 4. f. 7. H. Prope Figari in Corsica.

165. Ranunculus pedunculatus Viv. Scapiflorus, cauleve simplici unifloro hirsutus; foliis radicalibus primoribus suborbiculatis, crenato-dentatis, reliquis tripartitis, lobo medio petiolato, trifido, inciso; caulinis nullis, vel lineari-laciniatis, integerrimisque; calyce patente. H. in pratis Monaccia Corsicae.

166. **Ranunculus cordigerus** Viv. Sericeo-hirsutus; foliis radicalibus omnibus cordatis, subrotundo-ovatis, dentato-crenatis, integris, trilobisve; caulinis incisis simplicibusque; caule subbifloro, pedunculisque radicalibus nudis, unifloris; calycibus reflexis, carpellis tuberculatis. H. in monte Coscione Corsicae.

167. **Clematis polymorpha** Viv. Pedunculis axillaribus, nudis, unifloris; floribus pendulis; involucro urceolato, campanulato; subintegro; petalis ovato-oblongis, extus sericeolanatis α: foliis subcordatis, integris, trilobis, vel tripartitis; lobis, segmentisque profunde serrato-crenatis. C. semitriloba: Lagasca Cat. H. matr. Decand. Syst. I. 163. — β: Foliis tripartitis; ternatisque; foliolo medio pedunculato, lateralibus sessilibus, obliquis; omnibus inaequaliter serrato-crenatis Viv. — γ: Foliis ternatis: foliolo medio pedunculato, lateralibus sessilibus, omnibus circumscriptione lanceolatis, dentato pinnatifidis. Viv. C. calycina Ait. Kew. ed. 2. III. 344. H. in sepibus Corsicae australis, Bonifacio. *Obs.* Harum varietatum unius in alteram progressum specimina evidenter demonstrant: neque satis ab hisce C. **balearicam** sejuugi suspicor; quod audoptis definiendum relinquo.

168. **Antirrhinum aequitrilobum** Viv. Pilosum; caule repente, filiformi, foliis omnibus trilobis, lobis rotundatis, integerrimis, subaequalibus; pedunculis axillaribus, capillaribus, elongatis; calcare brevi. H. in humentibus rupibus in monte della Trinita.

169. **Antirrhinum alsinaefolium** Viv. Pilis patentibus hirsutum, foliis ovatis acutis, in petiolum attenuatis, inferioribus oppositis, verticillatisque, superioribus alternis: floribus axillaribus; foliolis calycinis lineari-setaceis: calcare subulato, recto, brevissimo. H. in parvis insulis inter Corsicam et Sardiniam.

170. **Orobanche crinita** Viv. Caule simplici, basi squamis elongatis, linearibus, laxe imbricato; corolla subcylindrica, incurva, filamentisque, capsulaque glaberrimis; bracteis lineari-acuminatis, florem superantibus; spica elongata cylindrica, compacta, apice bracteis comosa. H. cum praecedente.

171. **Erucaria hypogaea** Viv. Sisymbrium monanthos Viv. ad calcem Fl. Lib. in Prodr. 68. E. Scapo nado, unifloro, foliis pinnatis; foliolis sessilibus triangulari falcatis; pedunculis in fructu deflexis, siliquam recondentibus. H. in littore Corsicae australis.

172. **Fumaria leucantha** Viv. Glauca; foliis supradecompositis; foliolis tenuissime dissectis, linearibus sulcatis; floribus racemoso spicatis; capsulis orbiculatis, rugulosis, monospermis. F. foliis tenuissimis, floribus albis, circa Monspelium nascens Tourn. Inst. R. H. 422.

173. **Carduus cephalanthus** Viv. Foliis radicalibus subruncinatis, squarrosis; caulinis decurrentibus, lanceolato-acuminatis, sinuato pinnatifidis, spinosis; caule multifariam alato, alis interruptis, floribus congestis; calycibus cylindricis, squamis adpressis, exterioribus lanceolatis, lanuginosis, spinulosis, superioribus laevibus, linearibus, inermibus. H. in parva insula Lavezzi inter Corsicam, et Sardiniam. *Obs.* Flores ex corymbo abbreviato congesti, numerosissimi, 30-50.

174. **Onopordum horridum** Viv. Caule multifariam alato, alis triangularibus acuminatis spinosis, in calycem confluentibus; squamis calycinis ovato-lanceolatis, spinosis, omnibus tandem reflexis H. Bonifacio in Corsica.

175. **Solidago nudiflora** Viv. Glabra, pedunculis axillaribus, filiformibus nudis, apice 1-2 floris, bracteis in calycem confluentibus; foliis ellipticis, acutis, basim versus attenuatis, summis integerrimis. H. Talano in Corsica.

176. **Ophrys funerea** Viv. Labello basim versus sensim coarctato, conico, lateribus deflexis, antice trilobo, lobis omnibus rotundatis, medio paulo majore, subintegerrimo. H. in collibus Corsicae australis, et prope Genuam, secus Aquaeductus.

177. **Orchis corsica**: Viv. Bulbis geminis; foliis ovato-ellipticis; spica contracta, globosa, petalis omnibus conniventibus, ovato-acuminatis, duobus interioribus lateralibus paulo minoribus; labello trifido, lobis lateralibus falcatis, dentatis, medio, apicem versus, rotundato, expanso, dentato; calcar incurvum obtusum germine duplo superante. H. Bonifacio.

178. **Asplenium obovatum**: fronde lanceolata, bipinnata, pinnis pinnulisque exterioribus confluentibus, in rachide partiali et universali decurrentibus, obovatis, obsolete dentato crenatis; soris distinctis, raris. H. in Corsicae monte della Trinita.

Dominici Viviani Appendix ad Florae Corsicae prodromum. Genuae 1825.

179. **Scabiosa mediterranea** Viv. Glaberrima; foliis caulinis ellipticis utrinque acuminatis, integerrimis, mediove serratis; involucro imbricato, squamis exterioribus subrotundo-ovatis, interioribus sensim spathulato-oblongis; corollulis quadrifidis: semine, calyculoque paleis laceris coronato. H. In sylvis montanis Corsicae. *Obs.* Inflorescentia S. Leucanthae accedit; foliis vero omnino distincta.

180. **Anchusa crispa** Viv. Strigosa; foliis lineari-oblongis, grosse rariterque dentatis, caulinis undulato-crispis; spicis laxis; calycibus quinquefidis, corollae tubum aequantibus, in fructu ventricosis, pendulis, secundis; corollae laciniis obovatis, squamis faucis ovatis, ciliatis; seminibus laevibus, subtriquetris. H. in Corsicae collibus.

181. **Phyteuma serratum** Viv. Glaberrimum; capituli subrotundi bracteis late ovatis, acuminatis, serratis, flores aequantibus; foliis radicalibus lineari-lanceolatis, obsolete serrulatis, in longum petiolum attenuatis, caulem subaequantibus, caulinis conformibus, brevioribus, summis sessilibus; stylo exserto, stigmate trifido. *Obs.* P. hemisphaericae habitum quodammodo gerit: differt praecipue bracteis serratis.

182. **Scilla fastigiata** Viv. Bulbis tunicatis; foliis augusto-linearibus, basi attenuatis, scapum filiformem superantibus; bracteis amplexantibus, ovato-acuminatis, pedunculis inferioribus elongatis, scapo longioribus. H. in monte Coscione, Corsicae. *Obs.* Certo a S. verna Engl. Bot. tab. 23 diversa: a caeteris magis etiam recedit, An hic spectat Synonimum Clusii a Willdenowio ad S. vernam relatum, a Smithio vero in Fl. Brit. abiectum?

183. **Allium parciflorum** Viv. Staminibus simplicibus; scapo foliifero, foliis setaceo-filiformibus breviore; spathae subquadriflorae bracteis binis, conniventibus, ovato-lanceolatis, mucronatis, triplo brevioribus pedunculis capillaribus, inaequalibus, erectis; petalis linearibus, in cylindrum conniventibus, apice reflexis. H. prope Bonifacio. *Obs.* Petala carnea, dorso linea sanguinea exarata. Planta spithamea ab A. tenuifloro Ten. et a pusillo Cyr. quod est maritimum Rafin. sane diversa.

184. **Polygonum equisetiforme** Sibth. et Smith Prodr. Fl. gr. p. 266. H. Secus torrentem S. Petri in Corsica. *Obs.* Singularis species a P. flagelliforme Bertol. omnino diversa.

185. **Saxifraga cervicornis** Viv. Hirta; foliis radicalibus cuneiformibus, dilatato-palmatis, trifidisque, laciniis linearibus obtusis, subtus exquisite nervosis; summis integerrimis; calyce glanduloso hirto, triplo breviore petalis obovatis, quinquenerviis, basi attenuatis. H. in monte Coscione in Corsica. *Obs.* Neque cum S. exarata Decand. neque cum geranioide Lapeyr., cui inflorescentia praecipue accedit, confundenda.

186. **Potentilla crassinervia** Viv. Caule adscendente corymboso; foliis radicalibus quinatis, foliolis obovatis utrinque hirsutis, subtus exquisite parallelonervosis, caulinis ternatis, foliolis cuneiformibus, tridentato-incisis; stipulis, etiam inferioribus, oblique-ovatis, foliis calycinis majoribus ovato acutis; corolla (lutea) calycem superante; receptaculis nudis, carpellis oblique ovatis; dense pilosis, superficie laevi. H. in monte Coscione Corsicae.

187. **Ranunculus cordigerus** Viv. in Fl. Cors. Prodr. Adde Syn. R. alpinus Tribuli aquatici foliis Bocc. Mus. p. 162, tab. 124. qui celebratum Ranunculum sardonium Veterum esse contendit.

188. **Ranunculus Insularis** Viv. Hirsutus; radice fasciculato-tuberosa; foliis radicalibus tripartitis; laciniis lateralibus bisectis, sessilibus, incisis, media pedicellata, tripartita, laciniis bifidis, trifidisque; caulinis trifidis, petiolo amplexicaule; calycibus patulis, ovato-acutis, pilis adpressis tectis. H. in montibus Corsicae et Sardiniae borealis Tempio.

189. **Stachys marrubiifolia** Viv. Pilis patentibus hirta; caule brachiato; foliis cordatis, subrotundo-ovatis, crenatis, floralibus ovatis, ellipticisque, apice spinulosis: verticillis laxis, sexfloris; corollae (purpureae) labii inferioris lobis lateralibus abbreviatis, medio, galeaque emarginata. H. in Corsica. (1)

(1) Liceat hic novae Stachydis speciei phrasim sistere, quae cum in australioribus Liguriae maritimis promonteriis a me reperta fuerit, Mediterranei oppositas insulas incolere admodum

190. Origanum smyrnaeum Linn. Sibth. et Prodr. Fl. gr. p. 417. H. in montibus supra Corte in Corsica. *Obs.* Nostro quoque, uti et graeco specimini a Smithio memorato, descriptio O. glandulosi Fl. atl. a Willdenowio uti ab O. smyrnaeo diversi inter species recepti, paenitus congruit; hinc O. glandulosnm e specierum elencho deleatur.

191. Thlaspi scapiflorum Viv. Foliis omnibus radicalibus, longe petiolatis, rotundato-oblongis, integerrimis, nudiusculis; siliculis ellipticis, anguste emarginatis, stylo elongato. H. in monte Coscione in Corsica. *Obs.* Inter Thlaspia recipio, donec aptiora specimina diversum fortasse genus, iuxta Nuperorum placita, explodere sinant.

192. Hutchinsia pygmaea Viv. Glabra; foliis carnosulis, radicalibus obovatis, grosse et obsolete dentatis, integerrimisve, in petiolum attenuatis; caulinis sessilibus, semiamplexicaulibus; silicula elliptica, truncata, obtuse emarginata, stylo brevissimo, persistente. H. in monte Coscione. *Obs.* Planta vix pollicaris, annua: suas in hoc genere affines habet H. pumilam, stylosam, brevistylem, cui praecipue accedit. Cotyledones accumbentes.

193. Erucaria hypogaea Viv. Fl. Cors. Prodr. p. 11. Radix simplex, cylindrica, perpendicularis, perennis? Folia omnia radicalia, plurima, in orbem disposita, opposite, rarius alterne pinnato-falcata, quandoque inverse falcata, pinnis nunc superne, nunc inferne, alias utrinque unidentatis, basim versus sensim minoribus, extima triloba, pilis rigidulis, per aetatem defluentibus, praecipue basim versus ciliata. Pedunculi omnes radicales, plures, inter folia prodeuntes, nudi, uniflori, in anthesi erecti, foliorum majorum longitudine duplo breviores, in fructu sub ipsa folia deflexi, terrae incumbentes. Calyx tetraphyllus, duplo corolla brevior, erectus, connivens, setis sparsus, foliolis ovato-oblongis, acutiusculis, duobus oppositis vix in basi productioribus. Corolla lutea; petalorum ungues paulo calyce breviores, limbo obovato, Stamina sex: filamenta nuda; quorum longiora calycem paulo excedentia, glandula basi supposita; antherae oblongae, biloculares. Germen oblongum, compressum, dorso utrinque obsolete costatum. Stylus longitudine staminum, subtetragonum (s), glabrum (glaber); stigma incrassatum, subbilobum. Siliqua uni, vel saepius binodosa, nodi non articulatim, sed coarctatione divisi, e basi dehiscente semina emittentes, hispidi, torulosi, veluti corticosi, putamine cartilagineo, in coarctatione non interrupto: nodus superior saepius abortu monospermus, vel etiam aspermus, abiens in rostrum conico-cylindricum, nudiusculum, ipsius nodi longitudine: nodus inferior bilocularis, dissepimento cartilagineo, valvularum plano parallelo, singulo loculo 3 — 5 spermo, seminibus e dissepimenti periferia funiculo pendulis, subrotundo-ovatis, compressis, nigro-badiis. Cotyledones planiusculae, incumbentes. *Obs.* Singularis huius plantae descriptionem integrare, iconemque addere placuit, quo evidentius patescat, quantum a vero recesserint summi alioquin in scientia viri, qui in siccis speciminibus a me iisdem communicatis, siliquae nodum abortientem fortasse intuiti, Rapistri potius, quam Erucariae genus recognoscere sibi visi sunt. Caeterum speciem hanc malo inter Erucarias latius sumptas recipere, quam novum genus condere, nullis fixis characteribus definiendum.

194. Cardamine Bocconi. Viv. Foliis caulinis alterne pinnatis, biiugis, ternatisque; foliolorum pedicellis filiformibus, patentibus, subaequantibus foliola subrotundo-ovata, trivel inaequaliter quinqueloba, rachide flexuosa, siliquis linearibus, deflexis. Nasturtium montanum, nanum, rotundo Thalictri folio, cyrnaeum Bocc. Mus. pag. 171. tab. 118. figura, folia praesertim, apprime exhibet magnitudine naturali. H. in montibus Corsicae. *Obs.* Speciem hanc nullus fortasse post Bocconem vidit, licet eiusdem synonimum undique ad alienas species distraxerint: Primum a Linnaeo ad C. graecam citatur sociatum cum synonimo alterius speciei a Boccone ipso descriptae in Plantis siculis p. 84. tab. 44. fig. 2. quae speciem sane diversam exhibet. Willdenowius horum

---

probabile est. Stachys divaricata Viv. Hirsuta; foliis trinerviis, inferioribus ovatis; cordatis, crenatis; floralibus ellipticis, aristatis, summis integerrimis; verticillis sexfloris; calycis dentibus acuminato-aristatis, in fructu reflexis; corollae labio superiore bifido, laciniis linearibus divergentibus, inferiore lobis lateralibus in dentem erumpentibus, medio rotundato, emarginato. H. in collibus maritimis Promontorii Protofino Lig. orientalis. Annua.

synonimorum primum ad C. thalictroidem Allioni transtulit, alterum ad C. graecam reliquit, cui reapse spectat. Allionii plantam a nostra omnino diversam esse, non tantum ex Allionii descriptione et figura patet, quam a Willdenowio ipso, qui eandem admodum affinem C. Chelidoniae declarat. Decandollius tandem in suo Syst. nat. Allionii specie segregata, iterum duo Bocconii synonima perperam coniungit in Cardamine graeca, sub nomine Pteroneuri graeci, additis synonimis C. graecae. Ten. Fl. nap. et Smithii Prodr. Fl. gr. At species neapolitana, quae quidem eadem est ac graeca, certo a C. nostra Bocconi differt, quod quo magis patescat, definitionem specificam sic restaurare lubet, ex speciminibus locis natalibus lectis. Cardamine graeca LINN. excl. syn. Bocc. C. glaucescens, foliis pinnatis, pinnis 4-5 jugis, interioribus alternis, exterioribus oppositis, subsessilibus, ovatis, inciso crenatis, tripartitisve; siliquis linearibus, margine scariosis.

195. **Brassica rectangularis** VIV. Glabra, foliis rectangulo-pinnatis, pinnis extime confluentibus, foliolis sessilibus, laciniisque lato-linearibus profunde serratis, petalorum unguibus, staminibusque calycem superantibus; rostro compresso, siliquam glabram aequante. H. in Corsica prope Cagna.

196. **Erodium Bocconi.** VIV. Decumbens, hirtum; foliis ovatis, cordatis, crenato-incisis; stipulis, bracteisque lanceolatis; pedunculis bifloris, calyce mucronulato, petala obovata (albida) paulo superante; carpellis hirtis, rostro glabro. Geranium aestivum, minimum, supinum, alpinum, chamaedryoides, flore albo variegato Bocc. Mus. p. 160. Tab. 128. H. in montibus Vignolla, et S. Michaelis. *Obs.* Iuxta Decandollium est var. E. maritimi, a quo sane specifice differt, memoratis characteribus, nunquam in E. maritimum fluentibus, corolla longe minori, statione constanter montana, nunquam maritima.

197. **Erodium cuneatum.** VIV. Caule diffuso; foliis ambitu ovatis, subcordatis, sinuato-tripartitis, laciniis lateralibus rectangulo patentibus, oblongis, media longiore, cuneiformi, apice crenato-incisa; pedunculis inferioribus elongatis, unifloris, superioribus umbellatis; corolla calycem aristatum paulo superante. H. Aiaccio in ruderatis.

198. **Malva ribifolia.** VIV. Caule erecto, pilis simplicibus, stellatisque asperso; foliis inferioribus cordatis, quinquelobis, superioribus quinquefidis, palmatisque, lobis obtusis, late inaequaliterque crenatis, subtus stellato-pubescentibus; pedunculis solitariis, folio longioribus; petalis calycem triplo superantibus. H. in Corsicae montibus.

199. **Malva circinnata.** VIV. Caule erecto, pilis simplicibus sparso: foliis cordatis, crenulatis, inferioribus reniformibus, superioribus circinnato-quinquelobis, petiolis superne hispidis; pedunculis solitariis, unifloris, petiolo duplo brevioribus; calycis exterioris foliolis oblongis, interioris laciniis ovatis-acutis, corolla quadruplo brevioribus. H. in Corsica Ortolo, Casalabrina.

200. **Spartium gymnopterum.** VIV. Ramosissimum, ramis alternis, oppositisque, nonnullis aphyllis, apice spinescentibus; foliis ad ramorum basim ternatis, sessilibus, foliolis obovato-linearibus, utrinque sericeis, rameis simplicibus: floribus racemosis, nudis, inferioribus subverticillatis; vexillo carinaque subaequalibus, sericeis, alis brevioribus nudiusculis. H. in rupibus maritimis Corsicae et Sardiniae. *Obs.* Cum S. ramosissimo Fl. atl. coniungere non audeo, quod accuratissimi Desfontanesii descriptio cum huius speciei memoratis characteribus dissentiat.

201. **Carduus fasciculiflorus.** VIV. Caule interrupte alato, foliorumque decursive pinnatorum laciniis nudiusculis, palmato-angulatis, incisis, segmentis longe spinosis; floribus axillaribus, sessilibus, inferioribus solitariis, alternis, superioribus in fasciculum elongatum congestis; calycibus cylindricis glabris, foliolis adpressis, lanceolato-linearibus, spinosis. H. Vignolla, et Parao in Corsica.

202. **Senecio flabellatus**, VIV. Villosus; caule erecto; foliis inferioribus lyratis, lacinia extima maxima rotundata, inciso-dentata, basi cuneata, superioribus sessilibus bipinnatifidis; floralibus linearibus, in calycem hemisphericum confluentibus. H. in collibus siccis Castel-Sardo. *Obs.* Corollulae radii vix revolutae. Pappus scaber, pilis ad lentem articulatis. Calycis foliola apice intacta, margine membranaceo. Ambigit inter Seneciones, et Cinerarias.

203. Centaurea filiformis. Viv. Glabriuscula, calycinis foliolis appendice triangulari sphacelata pectinato-ciliata, auctis; foliis pinnatis, pinnis filiformibus, elongatis, saepius integerrimis, summis simplicibus; caule erecto angulato. H. in vertice montis Tavolara.

204. Limodorum sphaerolabium. Viv. Bulbis fasciculatis, filiformibus; caule squamis vaginato, subaphyllo; bracteis germine brevioribus; petalis longitudine subaequalibus, duobus interioribus angustioribus; labello rotundato, subundulato, basi coarctato, canaliculato, calcare cylindrico, germen aequante. H. Prope Bonifacio in Corsica. *Obs.* Labello rotundato, non ovato, seu elliptico, a L. abortivo differt, cuius refert habitum.

205. Ophrys canaliculata. Viv. Bulbis geminis; spica tri-quadriflora; petalis exterioribus late ovatis, medio concavo incumbente, duobus interioribus minimis, conformibus, ciliato-hispidis; labello basi cuneiformi, fauce alte canaliculata, hinc convexa trifida, laciniis lateralibus ovato-acuminatis, hispidis, brevioribus, media in duos lobos antice expansa. H. in collibus Bonifacio in Corsica. *Obs.* Differt ab O. ciliata Biv. petalis interioribus ovatis, minimis, non lineari-lanceolatis, duplo tantum exterioribus minoribus; labelli fauce in nostra profunde canaliculata, laciniis lateralibus ovato-acuminatis, non oblongis.

206. Parietaria lusitanica Linn. Sp. pl. 1497. Fl. herm. Involucrum quadripartitum, hispidum, uniflorum, persistens, laciniis lineari-lanceolatis, calyci adpressis, duploque brevioribus, in fructu pyramidatim conniventibus. Calyx inferus, rotatus, quadrifidus, concavus, membranaceus, utrinque pilis sparsus, laciniis ovato-acutis, dorso linea saturatiore exaratis, in fructu conniventibus, ipsumque tegentibus. Stamina: filamenta quatuor aequalia, fundo calycis, et contra eiusdem lacinias inserta, membranaceo-complanata, inflexa, calycem longitudine aequantia: Antherae ovatae, compressae, biloculares, loculis longitudinaliter dehiscentibus, ante dehiscentiam inflexo-inversae, in dehiscentia elastice adsurgentes. Pistillum: germen liberum, ovatum, pilis circumdatum: stylus brevissimus, stigma acutiusculum. Pericarpium: Utriculus crustaceus, ellipticus, glaberrimus, badio-niger, tegens semen conforme; albumen nullum; Cotyledones virescentes foliaceae. Fl. Foem. structura eadem ac in hermaphrodito, demptis staminibus. P. lusitanica: Caule filiformi, procumbente, ramuloso, foliis alternis, subrotundis, breviter in petiolum contractis, pilosis; floribus omnibus axillaribus, subsolitariis, subsessilibus; involucro quadripartito, unifloro. H. in humidis montis Tavolara in Corsica. *Obs.* Speciem in Europa australiore raro inventam, aspectu potius quam rita scrutatione Botanicis perspectam, mihi rimandam adsumpsi; nam in hac, simpliciori modo, natura exhibet, quae in totius generis oeconomia illustranda possunt converti. Synonima Linnaei, Loisel. Fl. gal. Not. p. 144. et P. ocymifoliae Poir. quae decriptionum et iconum defectu nisi dubitanter admodum recipere possumus, facile nunc erit autoptis extricare.

207. Aspidium distans. Viv. Stipite dense paleaceo; fronde lineari-lanceolata, acuminata, elongata, bipinnata, pinnis remotis, lanceolato-linearibus, acuminatis, apicem versus confluentibus, pinnulis lineari-oblongis, basi truncata sessilibus, integerrimis, subtus strigosis. H. in Corsicae sylvis Allo Spedale. *Obs.* Frons bipedalis et ultra, conspicua inter congeneres pinnis distantibus, superioribus alternis, latisque paleolis rufis, quibus stipes tegitur.

Corrigenda in tabulis. — **Berichtigungen auf den Tafeln.**

CCCV. Nepeta incana. Ait.*
CCCLXXII. Centaurea pectinata. Willd.*

INDEX.

Adn. Cursivis litteris indicantur nomina spicilegii, synonyma, et plantae tantum comparatae.

Register.

Anm. Cursivschrift zeigt die im Spicilegium vorkommenden Namen, Synonymen, und blos vergleichsweise angeführte Pflanzen an.

U. B. GENT

Scabiosa elata. HORN.*

L. Rchb. del. A. Schnorr. fc.

Scabiosa tatarica. L.

L. Rchb. del. Ch. Schnorr. sc.

Lychnis divaricata. RCHB.*

L. Rchb. del. A. Harzer f.

Silene catholica. AIT.

H. et L. Rchb. del.

A. Harzer. sc.

Labiatae. CCCV.

478.

Nepeta incana. LAM.*

Hanicl L. Rchb. del. Ch. Schnorr. f.

Crepis cernua. Ten.*

L. Rchb. del. A. Herz.

*Crepis stricta. Scop.**

L. Rchb. del. A. Harrer sc.

481.

Cerinthe minor. L.

Hum. & L. Rchb. del. A. Herzer. fc.

482.

*Cerinthe maculata. L.**

Hum. et L. Rchb. del. A. Harzer. sc.

Artemisia sacrorum. LEDEB.*

Hum. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr. fc.

Achillea macrophylla. L.*

Hum. et L. Rchb. del.

Ch. Schnorr. fc.

Marrubium peregrinum. L.*

Hum. & L. Rchb. del. Ch. Schnorr. fc.

Marrubium catariaefolium. Lam.*

Hum. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr. sc.

Scabiosa uralensis. MURR.

Herm. et L. Rchb. del. A. Herzer. fc.

Scabiosa corniculata. W. K.

Hom. et L. Rchb. del. A. Harzer sc.

Scabiosa ucranica. L.

Ium. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr sc.

Ranunculaceae. CCCXVII.

*Adonis aestivalis. L.

Hum. et L. Rchb. del. Ch Schnorr. sc.

Adonis flammea. Jacq.

Hum. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr. sc.

Adonis autumnalis. L.

Ilum. d. L. Rchb. del. Ch. Schnorr. sc.

499.

A

500.

Campanula Morettiana. Rchb.*

Hum. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr. sc.

Adonis davurica. Ledeb.*

Hum. d. L. Rchb. del. Ch. Schnorr fc.

Adonis sibirica. PATR.*

Ham. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr fc.

Urticeae, Ambrosiaceae.
CCCXXIII.
a.
B
503.
Xanthium italicum. MORETT.*
Hutn. et L. Rchb. del.
Ch. Schnorr. fc.

504.

Silene supina. M. B.*

Rchl. et L. Rchb. del. A. Harzer. fc.

Scabiosa australis. Wulf.

Hcm. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr

C D

Scabiosa acutiflora. Rchb.*

Hun. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr fc.

d. 507. A B c

Stachys intermedia. AIT.*

Hum. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr. sc.

Stachys sibirica. LK.*

I Rchb. del. Ch. Schnorr. sc.

Anthemis austriaca. L.

Hum. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr. sc.

Lycopsis rosea. Lehm.*

Hem. et L. Rchb. del. A. Harzer. sc.

H. u. m. et I. Rchb. del. *Hyacinthus pallens.* M. B. * Quimpel. sc.

512. Scabiosa uralensis. Murr.
var. S. cretacea. M. Bieb.*

L. Rchb. del. A. Harzer sc.

Senecio vernalis. W. K.

Hum. et L. Rchb. del. A. Harzer. sc.

Senecio rupestris. W. K.

L. Rchb. del. A. Harzer. sc.

516.

B A

Senecio erucifolius. L.
Var. tenuifolia.

Herm. J. L. Rchb. del. A. Harzer, sc.

517.

B A

Senecio delphinifolius. Desf. *

Hum. et L. Rchb. del. A. Harzer. sc.

518.

*Leonurus sibiricus. L.**

Hum. et L. Rchb. del. A. Herzer sc.

Labiatae
CCCXXXVIII.
b.
c
D
e
a.
g.
f
519.
Leonurus tataricus. L.*
Hum. d. L. Rchb. del.
A. Harzer. sc.

Potentilla recta. L.

Hum. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr. sc.

Potentilla obscura. W.

Ham. d L. Rchb. del. Ch. Schnorr sc.

Epilobium rosmarinifolium. HÆNKE. *

Hum. d. L. Rchb. del. Ch. Schnorr. sc.

Epilobium angustissimum. AIT.

Hum. et L. Rchb. del. Ch. Schnerr. sc.

Trigonella coerulea. DEC.

a

B

c

525.

Trigonella Besseriana. Dec. *

Hüm. et I. Rchb. del. A. Harzer. sc.

Polygoneae.
CCCXLV.
526.
Rumex domesticus. Hartm.*

527.

A B C

*Inula bifrons. L.**

Hum. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr. sc.

Inula thapsoides SPR.

Hum et Rchb. del. J Guimpel sc.

Phyteuma Michelii. All.

Hum. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr. sc.

Buphthalmum speciosissimum. L. *

Hum. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr sc.

Telekia speciosa BAUMG.

Hrtn. et Rchb. del.

I. Guimpel sc.

a

542.

Anemone Wolfgangiana. Bess.*

L. Rchb. del. Ch. Schnorr. f.

Papaver laevigatum. M. B.

Nom. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr. sc.

Dipsaceae. CCCLIII.

Scabiosa mollis. W. En.*

Hum. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr. fc.

535. a. b. c. d.

Scabiosa Columbaria L.

Hum. et Rchb. del. Ibbimp. sc.

Scabiosa Columbaria. L.

β. ochroleuca. L.

Hum. d L. Rchb. del. Ch. Schnorr sc.

Scabiosa leucantha.

Herm. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr fc.

538.

A

Senecio erraticus. BERTOL.*

Ham. et L. Rchb. del.

Ch. Schnorr sc.

Senecio fruticulosus. SIBTH. SM.*

Hum. et L. Rchb. del. I. Guimpel. sc.

Senecio fruticulosus. SIBTH. SM.*

Hum. et L. Rchb. del. I. Guimpel. sc.

540.

Cirsium arachnoideum. M. B.*

Reichel. d. L. Rchb. del. Ch. Schnorr. sc.

Phyteuma Scheuchzeri. Vill.

Hrm. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr sc.

Compositae.
CCCLXI.
a
b
c
б
d
F
E
542.
Centrachena viscida. Schott.*
Hum. et L. Rchb. del.
Ch. Schnorr. fc.

Centaurea flosculosa. BALB.*

Reichb. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr. sc.

Phyteuma hemisphaericum. L.

Hum. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr. sc.

Phyteuma.

545. pauciflorum. L.* — 546. humile. Schl.*

I. Rchb. del. Ch. Schnorr. sc.

Phyteuma globulariaefolium STRNB.HPP.

H. u. Fr. Rchb. del. J. Guimp. sc.

550. Rumex obtusifolius. L.

Hum. et Rchb. del. I. Guimpel sc.

A. B. c. 551.

Rumex Nemolapathum. EHRH.

Hayn. et Rchb. del. I. Guimpel sc.

Polygoneae.
CCLXVIII.
A. B. C. D.
E. F. G. H.
i
532. Rumex glomeratus. SCHREB.
Kum. et Rchb. del.
J. Guimpel sc.

553. Rumex aquaticus. L.

L. Rchb. del. Ch. Schnorr fc.

553. Rumex aquaticus. L.

L. Rchb. del. Ch. Schn. sc.

Polygoneae.
CCCLXX.
A
554.
Rumex Hydrolapathum. Huds.
L. Rchb. del.
Ch. Schnorr. fc.

Ferulago silvatica. BESS.*

Hum. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr fc.

556. a. b. c. d. e.

*Centaurea nervosa. W.**

Hum. et Rchb. del. Weinpert sc.

Centaurea pullata. L.*

Hum. del. Ch. Schnorr. sc.

Centaurea uniflora. L.*

Hum. del. Ch. Schnorr. fc.

Centaurea phrygia. L.*

L. Rchb. del. A. Harzer. sc.

Centaurea austriaca. W.*

Hum. del. Ch. Schnorr sc.

Arenaria nardifolia LED. *

I. Rchb. del. I. Gümpel sc.

Astrantia pauciflora. Bertol.*

L. Rchb. del. A. Harzer. fc.

558.

*Heliotropium suaveolens. M. B.**

Hum. del. A. Harzer. sc.

a.

b.

559.

Onosma Gmelini. LED.

Hum. et L. Rchb. del.

I. Bümpel sc.

a. A. 560.

Scabiosa lucida. Vill.

Hum. et L.Rchb. del. J.Guimpel. lit.

561.

A B C D E F G

Astragalus brachyceras. Ledeb.*

Hum. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr sc.

562.

A B C D E F G

Genista dalmatica. Bartl.*

Hum. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr sc.

Sideritis taurica. MB.

Hum. del. I. Gampel. sc.

Draba Sauteri. Hpp. ※

L. Rchb. del. Ch. Sch...r sc.

Draba Sauteri. Hpp.*

L. Rchb. del. Ch. Sch...r sc.

Draba carinthiaca. Hpp.*

I. Rchb. del. Ch. Sch...r. sc.

E B A C D

Draba laevigata. Hpp. *

I. Rchb. del. Ch. Sch... r sc.

Erythraea maior. Lk.*

Hu.m. et L. Rchb. del. A. Harzer sc.

573.

Artemisia viridifolia. Ledeb.*

Hum. et L. Rchb. del. Ch. Schnorr. sc.

574.

A B

Pedicularis sudetica. W.

Hum. d. L. Rchb. del. Ch. Schnorr. sc.

Genista tetragona. Bess.*

L. Rchb. del. Ch. Sch...r. sc.

Geranium tuberosum. L.

Hum. del. Ch. Sch... sc.

Gnaphalium graveolens. MB.*

L. Rchb. del. A. Harzer. sc.

578.

B

C

D

A

Helianthemum marifolium. P.*

I. Rchb. del. Ch. Sch...r sc.

Tulipa biflora. PALL.

L. Rchb. del. A. Harzer. sc.

580.

Tulipa saxatilis. Sieb.*

L. Rchb. del. A. Harzer. sc.

Pteroneurum graecum. De C. *

581. leiocarpum. — 582. trichocarpum.

L. Rchb. del. Ch. Sch...r. sc.

Teesdalia Lepidium. DeC. *

L. Rchb. del. Ch. Sch...r. sc.

Gouffeia arenarioides. Rob. Cast.*

L. Rchb. del. Ch. Sch...r. sc.

Banffya petraea. BAUMG.*

L. Rchb. del. Ch. Sch...r. sc.

Banffya petraea. Baumg.*

L. Rchb. del. Ch. Sch...r. sc.